

MASS PROPER: DECEMBER 4, ST. PETER CHRYSOLOGUS, DOCTOR

MASS (*In médio*) (white)

INTROIT Eccl. 15. 5.

In médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum. (Ps. 91. 2) Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiæ et intelléctus: stolam glóriæ índuit eum.

In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory. (Ps. 91. 2) It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High. V. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the midst of the Church he opened his mouth: and the Lord filled him with the spirit of wisdom and understanding. He clothed him with a robe of glory.

COLLECT

Deus, qui beátum Petrum Chrysólogum Doctorem egrégium, divínitus præmonstrátum, ad regéndam et instruéndam Ecclésiám tuam éligi voluísti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spiritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

O God, Who didst will that blessed Peter Chrysologus, divinely foreshown to be a great doctor, should be elected to rule and instruct Thy Church, grant, we beseech Thee, that we may be worthy to have him as our intercessor in heaven, whom we have had as a teacher of holy living on earth. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who with Thee liveth and reigneth in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

EPISTLE 2 Tim. 4. 1-8

Caríssime: Testificor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus: prædica verbum, insta oportúne, importúne: árgue, óbsecre, íncrepa in omni patiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritáte quidem auditum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero

Dearly beloved, I charge thee, before God and Jesus Christ, who shall judge the living and the dead, by His coming and his kingdom: preach the word: be instant in season, out of season: reprove, entreat, rebuke in all patience and doctrine. For there shall be a time when they will not endure sound doctrine, but according to their own desires they will heap to themselves teachers, having itching ears, and will indeed turn away their hearing from

vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelístæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delíbor, et tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítíæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus iudex: non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.

GRADUAL Eccles. 44: 16

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuít Deo. V. (Ecclus. 44: 20) Non est invéntus similis illi, qui conserváret legem Excélsi.

LESSER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. V. (Ps. 109: 4) Tu es sacérdos in ætérnum, secúndum órđinem Melchisedech. Allelúja

GOSPEL Matthew 5. 13-19.

In illo témpore: Dixit Jesus discípuľis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscóndi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus: ut vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte putáre, quóniam veni sólvete legem aut prophétas: non veni sólvete, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, ióta unum aut unus apex non præteríbit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines,

the truth, but will be turned unto fables. But be thou vigilant, labor in all things, do the work of an evangelist, fulfill thy ministry. Be sober. For I am even now ready to be sacrificed, and the time of my dissolution is at hand. I have fought a good fight, I have finished my course, I have kept the faith. As to the rest, there is laid up for me a crown of justice, which the Lord, the just Judge, will render to me in that day: and not only to me, but to them also that love his coming.

Behold a great priest, who in his days pleased God. V. (Ecclus. 44: 20) There was not any found like to him, who kept the law of the Most High.

Alleluia, alleluia. V. (Ps. 109: 4) Thou art a priest forever according to the order of Melchisedech. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: You are the salt of the earth. But if the salt lose its savor, wherewith shall it be salted? It is good for nothing any more but to be cast out, and to be trodden on by men. You are the light of the world. A city seated on a mountain cannot be hid. Neither do men light a candle and put it under a bushel, but upon a candlestick, that it may shine to all that are in the house. So let your light shine before men, that they may see your good works, and glorify your Father who is in heaven. Do not think that I am come to destroy the law or the prophets. I am not come to destroy, but to fulfill. For amen I say unto you, till heaven and earth pass, one jot or one tittle shall not pass of the law, till all be fulfilled. He therefore that shall break one of these least

mínimus vocábitur in regno cælórum: qui autem fecérit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

OFFERTORY Ps. 91. 13.

Justus ut palma florébit: sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

SECRET

Sancti Petri Chrysólogi Pontíficis tui atque Doctóris nobis, Dómine, pia non desit orátio: quæ et múnera nostra concíliet; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Matthew 25: 20

Dómine, quinque talénta tradidísti mihi: ecce ália quinque superlucrátus sum. Euge serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, intra in gáudium Dómini tui.

POSTCOMMUNION

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus Petrus Chrysólogus Póntifex tuus et Doctor egrégius, quæsumus, precátor accédát. Per Dóminum nostrum, Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

commandments, and shall so teach men, shall be called the least in the kingdom of heaven. But he that shall do and teach, he shall be called great in the kingdom of heaven.

The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up, like the cedar of Libanus.

May the loving prayers of Peter Chrysologus, Thy bishop, not be wanting to us, O Lord, to commend our gifts and ever to obtain pardon for us. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, who liveth and reigneth with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Lord, Thou didst deliver to me five talents: behold I have gained other five over and above. Well done, good and faithful servant; because thou hast been faithful over a few things, I will place thee over many things; enter thou into the joy of thy Lord.

In order that Thy sacrifices may render salvation to us, we beseech Thee, O Lord, that blessed Peter Chrysologus, Thy Bishop and illustrious Doctor, may act as intercessor. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.